Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent

tor dixisset. Non vos regni huius mundi curiales sed celestis esse debetis. et ideo nō sicut illos vos mollia vestimenta. sed opera penitentie delectent. Etenim mollia vestimenta mollem effeminatumque animum efficiunt. quare mollibus vestimentis vt recte Hugo monet regia delectet aula: asperis et humilibus xpi delectet ecclesia.

b Preciose igitur vestes quibus ornari debemus spiritualia debent esse ornamenta. castitas videlicet humilitas. mansuetudo. patientia. ieiunia. misericordia. assiduitas orandi. fides. spes et caritas. quod illud amplissimum preciosissimumque vestimentum est quod operit multitudinem peccatorum. sine quo ad celestes nuptias recipit nemo. hinc ad conuiuium sine illo eunti in euangelio dictum est. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptiales. Perinde preceptor noster admonet. Nec affectetis vestibus placere sed moribus. boni ac beati mores ex ipsis generant virtutibus. beati mores sunt. qui nos a filijs huius seculi discernunt. beati mores sunt. quibus celesti

c placemus imperatori. beati mores sunt. quibus anima pulcherrima et splendidissima reddit. per quos eam celestis sponsus in suam recipit sponsam. per quos in thalamo recipit deitatis. per quos agminibus associatur beatorum. Non enim exteriorem pulchritudinem sponsus requirit inuisibilis. sicut scriptum est. Omnis gloria eius filie regis abintus. Non auro contexta. non gemis ornata. non lapidibus preciosis ?figurata. non serico vestimenta conficta. nostro placet saluatori. qui vnica et inconsutili veste cōtextus. Non enim tunicas. vt ait Augu

d stinus. In regno celorum sumus inspecturi. sed vestis cuiuscumque. fulgor iusticie deputabitur. ipsius erit innocentie splendor. humilitatis exaltabit decor. castitatis nitor et omnium bonorum operum sublimabit odor in quo sane diuinitus monitus. oī reiecta cōtemptaque mundi gloria. sacrosancto baptismatis lauacro mundatus. nigris humilibusque voluit a sanctissimis viris Ambrosio Mediolanensi antistite. et Simpliciano Ligurieši diui Pauli primi heremite discipulo indumentis vestiri. sicut idem vir sanctus Ambrosius in eo sermone. quē de Augustini ?uersione et baptismo edidit. Q quam deuotissime scribit. Et ipse Augustinus in diuulgatissimo famosissimoque sermone de cena dni de sui habitus figura et qualitate ita memorat dicēs. Nos qui videmur gerere in corporis nostri habitu figurā crucis. et nomē sancte religiōis habemus. nigrā vestē humilitatis portamus et zonis pelliceis precincti sumus. quorum significationem talē in excellētissimo sermone de filio prodigo asserit se a btō Ambrosio didicisse. pensate ergo mātes fratres quid vestis nigra. quid zona pellicea. qd corona capitis persuadeāt. Nigra enim vestis. que vilis est mūdi contēptū nobis denunciat. et memoriā mortis. zona pellicea lumborum refrenationē declarat. Capilli rasi de vertice superfluitatē criminū significant ablatā de mente. Et subdit. sic enim mihi sanctus pī Ambrosius. quando me regenerauit in christo anno etatis mee trigesimo. mihi petenti respōdit. Cogitate ergo fratres q̄ reprehēsibile est. si sub tali habitu superbia latet vel luxuria. Eius itaque ed ocemur exemplo. vt non sit notabilis habitus noster. vt vitam habitui conformē ducamus. moribus potius q̄ vestibus placere affectantes. obedientes apostolo nobis dicenti. Nolite conformari huic seculo. sed reformamini in nouitate sensus vestri. eo pacto deo placebimus omnipotenti. eo modo. anime nostre initiate peccatis. ornateque virtutibus dicet. q̄ pulchra es amica mea. et macula non est in te. sicque in die nouissimo eā suscipiens dicet. Veni amica mea. veni speciosa mea. veni columba mea. veni dilecta mea. intra in cubiculum domini tui. veni in thalamum sponsi tui. Intra in tabernaculum regis tui. ponā te intra thronum meum: vt mecum gaudeas. mecum leteris. mecum in eternū maneas. in eternum mea beatitudine perfrueris.

Textus vicesimus nonus Augustinus

Quando proceditis simul ambulate. cum venerit? quo itis simul state.

Cōmentū vicesimū nonū Ambrosius

Quam vtile. q̄ salutifer sit. siue i ceſſu. siue i statu bonorum ?sortiū e